



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

8 An quotidie tempore Quadragesimali, jejuniórumve, & Adventus sit
praedicandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

fius parochi per se ipsum, vel alium idoneum verbum Dei prædicare, ut cap. 2. de re-
for. sess. 5. si per se ipsum non potest, debet
per alium proprijs expensis supplere.

Si autem parochus sit pauper, qui ex red-
ditibus, & emolumentis suæ ecclesiæ ex-
pensas necessarias prædicatori submini-
strandis sustinere non possit; tunc ipse non
tenetur; quia impossibile nulla est obli-
gatio. *l. impossibile. ff. d. reg. jur. sed tene-
tur populus, cui verbum Dei prædicatur,
cum sit rationi consonum, quod prædica-
tores tali casu, ab ijs, quibus seminant spi-
ritualia, temporalia metant. Paul. 1. Corint.
c. 7. & c. cum ex officij, circa fin. de præscrip-
t. Nisi adsit aliquod legatum, aut alij red-
ditus huic pio muneri applicati, quia ijs casu-
bus Episcopi non tenentur, cum in cathedra-
li solum teneantur ad præstandum sti-
pendium prædicatori, ut fuit decretum à
Pio V. ut in decis. concl. super eo cap. 4. §. 10
Pius V. decrevit.*

§ Episcopus verò, † qui legitime impedi-
tus, officium prædicationis per se ipsum
præstare non potest, per alium impensis
ipsius Episcopi præstare debet, nisi ex con-
suetudine hoc onus ad alium spectaret, ut
in d. decis. sup. dicto cap. 4. factis sub. tit. Lan-
cianen. & ad ipsum Episcopum solum præ-
dicatorem deputare spectat in sua eccle-
sia, nec capitulum, seu communitates lo-
corum hac in re aliquid possunt, ut super
eodem cap. 4. sub. tit. Burgen. Gadien. Le-
gionen. fuit decisum, † An autem quotidie
tempore Quadragesimali, vel jejuniorum, 11
aut tribus diebus in hebdomata sit prædi-
candum, arbitrio Episcopi est declaran-
dum. Et hodie Adventus tempus jejunijs
proprie non dicitur, decis. Conc. sup. eodem
cap. 4. sub. tit. Mediolanen. quæ incipit, arbi-

trium. Ne autem dubitari contingeret,
quomodo intelligenda essent verba Con-
cilij in prædicto cap. 4. post medium, ibi, nul-
lus autem secularis, † sive regularis, etiam
in ecclesijs suorum ordinum, contradicen-
te Episcopo prædicare præsumat, sess. 24.
fuit per eandem sacram congregationem
declaratum super eodem cap. 4. & decisum,
quod contradicente Episcopo nullus etiam
regularis prædicet, nec teneri Episco-
pum causam exprimere, quare ad hoc pro-
hibendum moveatur, ut in decis. super eo-
dem cap. factis, sub. tit. Mediolanen. quæ in-
cipit. Contradicente Episcopo, & per dicta
verba, Contradicente Episcopo, Ordina-
riis est concessum, ut etiam à regularibus,
antequam officium prædicandi assument,
professionem fidei exigant, ut in eisdem de-
cis. etiam sub titulo Mediolanen. incipien. per
hæc verba.

Nec regulares † cujuscunque ordinis,
nisi à suis superioribus de vita, moribus, &
scientia examinati, & approbati fuerint, ut
statuit Leo X. in constitut. de prædicato-
rum officio in Bull. cap. 15. ac de eorum li-
centia, etiam in ecclesijs suorum ordinum
prædicare possunt, cum qua licentia per-
sonaliter se coram Episcopis præsentare, &
ab eis, antequam prædicare incipiant, be-
nedictionem petere tenentur, dicto cap. 2.
vers. Regulares verò, de reform. sess. 5. nec
sufficit per Nuncium petere, quia persona-
liter petere debent, ut ibi expressis verbis,
& gloss. in Clement. dudum in ver. præsen-
tari, de sepul. s. Greg. † fervore charitatis
accensus, prædicatores vehementer hortat-
ur, & monet, ut dicturi ad populum pru-
dentes, cautique accedant, ne dicendi im-
petu ranci, verborum erroribus, quasi iacti-
lis, audientium corda configant, ne cum
sapient-